

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aristophanis Comoediae Undecim

Graece Et Latine, Ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova octo Comoediarum interpretatione Latina, & notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri nec non Caroli Andreae Dukeri ad quatuor priores. Accedunt Deperditarum Comoediarum Fragmenta, A Theod. Cantero Et Gul. Coddæo Collecta, ...

Aristophanes

Lugduni Batavorum, MDCCLX

Vorwort zur früheren Ausgabe

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1115](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1115)

LECTORI

S.

ANDREAS SCHOTTUS.

de Aristophanicis Comoediis XI. exstantibus, &
 aliarum amissarum Fragmentis.




EPIDUS est & ἀπειράτατ Aristophanes (quem ob elegantiam sermonis Joannes ab aurea eloquentia χρυσόσπου & χρυσορρήμων cognominatus, manu trivisse incerto auctore fertur assidue) maximam intercudit partem, amissis amplius quinquaginta comoediis; quod & Terentianis accidisse fabulis in ejus vita Donatus commemorat. Undecim quidem Aristophanis sunt in manibus Comoediae: *Plutus*, *Nubes*, *Ranae*, *Equites*, *Acharnenses*, *Vespae*, *Aves*, *Pax*, *Concionantes*, *Cereris sacra colentes*, & *Lysistrata*. Quas in Comoedias Graeca scholia Aldus Manutius a Marco Musuro recensita primus evulgavit: incertum an magnam partem e Suidae collectaneis hausta, an Suidas inde sua transcripserit. Duo quoque in Gallia Graece doctissimi, Aegidius Burdinus, & Odoardus Biferus, Graecis (quis credat?) scholiis pariter eas illustrarunt. Graeco-Latinis duo, etiam Galli: *Plutum* quidem Carolus Gerardus; Septimius autem Florens Christianus, *Vespas*, *Pacem*, & *Lysistratam* Notis egregie illustrarunt. Septimius etiam tres easdem Latinis reddidit

ver-

versibus, ut & quinque Comoedias Nicodemus Frischlinus Germanus, *Plutum*, *Nubes*, *Ranas*, * *Equites*, & *Acharnenses*, quae leguntur omnia simul colligata in nupera Allobrogum editione. * Idem vero etiam praestitit (sed Acharnensibus exceptis) Lambertus Hortensius Montfortius, additis praeterea oppido elegantibus notis. Tres vero sunt reliquae, Ὀρυθες, Ἐκκλησιαζῆσαι, καὶ Θεσμοφοριάζῆσαι: in quas doctorum hominum operam navatam posteri forte efflagitent, & convitio quodam extorqueant.

Quia vero quinquaginta amplius perierunt Aristophanis Comoediae, sive temporum injuria, sive majorum incuria atque ignavi saeculi vitio; ne vel tot tantarumque fabularum interirent nomina, cavet Athenaeus Dipnosophista: ex quo placuit Theodoro Cantero, homini doctissimo, Fragmenta colligere Comoediarum quae interciderunt Aristophanis, quae apud nos amicitiae gratia deposuit, ne perirent; ut & Comico- rum omnium, Tragicorum item, & Lyricorum τὰ λείψανα summa collegerat industria: quae typographo nimis lento temere sunt credita. Aristophanicae vero, velut naufragii tabulae, cum fide hactenus servata jam repraesentatur, & suus auctori honor redhibetur. Earum vero fabularum nomina serie quadam nunc ex Athenaeo recensebo.



Nomina Comoediarum omnium, & editarum, & amissarum;
ex Athenaeo primum: mox ex aliis αποράδην.

^a ἄγῆρος, ^a Non senescens.
Ἀιολοσίκων, Aeoloficon. ^b
Ἀιολοσίκων δεύτερος, secundus Aeoloficon.

^a ἄγῆρος.

^b Varius Sicon.

Ἄμφιδ-